



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Compendivm Summae seu Manualis Doct. Navarri**

**Ávila, Esteban de  
Azpilcueta, Martín de**

**Lvgdvni, 1609**

Denunciatio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41656**

180 · D E L I C T V M.

turbati , excusat à mortali. Præl.9.num.10.  
cap.9. num. 10. & cap. 11. num.4. in Nouo  
Præl.9.num.11.& cap.9.num. 13. & cap.11.  
num.4.

D E L I C T V M

-modum. & quasi delictum.

D E L I C T V M intelligitur nomine pec-  
cati. Præl. 7.num. 10. Nouo nu.9.

Obligatus autem ex quasi delicto tenetur  
restituere , vt iudex qui ob ignorantiam iu-  
ris vel imperitiam tulit iniquam senten-  
tiā.cap.17.num.16.§.3. & Nouo num.17.

Peccat clam accipiens, quod sibi præten-  
dit deberi propter aliquod delictum. cap.  
17. num. 111. qui commisit aliquod deli-  
ctum propter quod alius est in carcere cum  
periculo vitæ , non tenetur se prodere cum  
periculo propriæ vitæ.cap.15.num.16.

D E N V N C I A T I O.

A P RÆCEPTVM de manifestando de-  
lictum per denunciationem, intelligitur,  
quando homo scit , & probare potest : alias  
non : nisi prælatus talis eset , vt posse pro-  
delle , & non obesse. capite 17. num. 134

Quando



Quando prælatus præcipit sub excommunicatione ut scientes denuncient tale furtum, qui scit & probare potest, & præmit correctionem fraternam; si non denunciet, manet excommunicatus, & tenetur restituere damnum. ibid. num. 135.

Quando præcipitur, ut quicumque denunciet tales, vel talem delinquentem, licetum est non obedire, etiam si mandatum detur non solum, ut reus restituat damnum, sed etiam ut puniatur; quia huiusmodi mandatum intelligitur salua fraterna correctione. cap. 18. num. 40.

Peccat qui rogatus iuridicè in visitationibus reuelat occulta sibi secreto detecta, vel quæ vidit in secreto fieri, si non erant parata ad aliis nocendum. Imò quamuis vergerent in dānum alterius, si alia via dānum impediri posset: Quod si impediri non posset, id lolum detegendum est, quod huic finit necessarium. num. 61.

Peccat denuncians, quæ probare non potest, ibid. & cap. 17. num. 134. & sic interrogatus, quamvis iuret se dicturum quod scit, respondere potest se illa nescire, intelligendo intra se, quod non scit ita ut detegere teneatur. cap. 18. num. 61. Ibid.

Peccat qui non denunciat crimen, quod D paratur in dānum spirituale, vel corporale

M 3 publi

publicum, vel priuatum, quamuis iurasset, & non denunciaturum, & delinquens esset occultus. Idem si non denunciat delicta perniciosa soli auctorū, à quibus non resipiscet per correctionem fraternalm, dummodo probare possit. Potest autem probare habendo vnum testem integrum, quoniam denunciator habebit locum alterius testis.  
cap. 25. num. 33.

E A denunciatione excusant sequētia. Primum, si peccatum sit occultum, & peccator emendatus, vel emendabilis correctione fraternali. II. Defectus probationis delicti. III. Quod non audiuerit à fide dignis. IV. Denunciatio eiusdem, à quo audiuit. V. Quod scit ille, qui accepit, vel tenet, est per viam recompensationis. VI. Quod icit per confessionem, vel per consultacionem secretam pro consilio accipiendo. cap. 25. num. 46. vnde excusantur confessores, aduocati, medici, & alij similes, quibus deteguntur secreta dubiorum, litium, & morborum, nisi aliunde illa nouerint, vel nisi sint talia quae non detecta redundarent in damnum aliorum. num. 42. sed in hoc ultimo casu excipe confessorem. VII. Timor notabilis detrimenti proprij, personæ, vel bonorum. num. 50.

Hæreticus tamen omnino denunciandus est

est iudici:neque est necessarium,vt seruetur  
ordo correptionis.cap.24.num.14. Imò qui  
non vult denunciare illum,nullo modo est  
absoluendus ; & , qui absoluueret , peccaret  
quidem contra ius diuinum & humanum.  
cap.18. num. 58. Imò & filius tenetur de-  
nunciare patrem hæreticum , & testificari  
contra illum. cap.14. num.13. & c.25.n.50

Qui non denunciat intra tempus præfini-  
tum,tenetur post cū primū possit.25.n.46.

Vtrū teneatur denunciare, qui scit im-  
pedimentum esse inter volentes contrahere  
matrimonium, vide Matrimonium. VIII.

DEPOSITARIO vide degradatio.

DEPOSITARIVS

& Depositum.

Q Vi gratis se offert ad depositum , non  
tenetur de culpa leuissima,bene tamen  
de leui.cap.9.num.3.& Nou.num.10.

Quando depositum fuit gratia solius de-  
ponentis , tenetur depositarius de dolo , &  
lata culpa,non de leui.cap.17.num.181.

Si verò depositarius recipiat mercedē pro  
custodia , tenetur de leui. ibidem. & cap.9.  
num. cit. non tamen de leuissima & casu

M 4 fortuito,

